



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Fructuoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

Francisco Regnoso Abbati Hvsillensi. Joannes Bonifacivs S. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51159)



FRANCISCO
REGNOSO,
ABBATI HV-
sillensi.

JOANNES BONIFACIUS

S. D.



OGITANTI mihi, di-
gnissime Francisce, li-
brum hunc de *Sapien-*
te fructuoso, cui potissi-
mum nuncuparem,
tu occurrebas dignus

hoc munere, qui & sapiens fructuo-
sus es, & eos, qui ita sapiunt, vt salu-
tares hominibus sint, honorare, fo-
uere, & amare non desinis. Ad hoc
enim munus, officiumque præstan-

)? (3 • dum

dum natura te peperit, consuetudo
exercuit, felicitasque seruauit. Nam
cum es tua sponte beneficus, & quæ
mundi liberator ac vindex CHRIS-
TUS, Apostolo teste, dixerat, men-
ti penitus mandauisses, multoque esse
beatius dare, quam accipere, tibi fa-
cile persuasisses: à summo illo, san-
ctissimoque Pontifice Pio V. ut vo-
luntati aliqua ex parte respondere
facultas posset, impetraſti. Amauit
te ille quidem vehementer, qui ne-
minem, nisi qui dignus esset, diligere
confueuit, tuamque fidem, pruden-
tiam, religionem, constantiam, mi-
sericordiam admiratus talem se inue-
nisse gloriabatur, quales Romano-
rum Pontificum dignitas poscit, ne-
cessitasque desiderat. Cuius iudi-
cium incorruptum euentus ipse com-
probauit. Quid enim aut dicis, aut
facis, quod illo viro dignum non sit,
quem talis ac tantus Pontifex adama-
rit? qui sapiens, sanctusque esset, eius
tu ornandi vel author, vel certe sua-
for extitisti: multosque humo exci-
tandos

tandos curauisti, in quos Cæcilianum
illud cōueniebat: *Sæpe etiam sub palliolo
sordido latet sapientia.* In ista autem
Palentina Ecclesia, vbi tam multa sa-
pientiæ ac virtutis decora sunt, domi-
cilium ac sedem post Pij V. obitum,
collocasti: illorumque socius ac pro-
pe conuictor esse voluisti, quos tui
similes esse videbas, id est, sapientes
fructuosos. Amorem enim & vitæ
coniunctionem morum similitudo
conciliat. Et quoniam sapientis est
in posterum præsentire ac prouidere,
seminarium ex sacrosancti Triden-
tini Concilij decreto saluberrimo re-
duce in ista vrbe erectum est, quod in
tua benignitate conqueiuit. Quid
autem nostra tibi Societas debeat, &
nostrum quisque præ se fert, & noui
templi parietes illi declarant, qui non
tam manu artificum, quàm eximia
tua liberalitate crescunt, surgunt, at-
tolluntur. Accipe igitur tui Bonifa-
cij munus exiguum, grati animi pi-
gnus & monimentum, in quo de eo
sapiente agimus, quem tibi omnium

)?(4 . maxi-

maximè probari sentio: non enim
aut oratorem, aut concionatorem ad-
miraris, qui prodesse non soleat, qui-
que sola delectatione contentus ani-
morum vulneribus minimè medea-
tur. Et quia genus hoc sapientum fru-
ctuosorum volumus esse perpetuum,
de seminariis quædam hic dicimus,
quæ, vt existimo, non leges inuitus.

Vale, & hoc habe munus à me, cu-
ius tenuitatem humanitatis
tuæ magnitudo sub-
leuabit.



IOAN-